

nisi contingat disputari principaliter de iusto iplo pretio. Nam tunc non sufficit hæc implicita confessio, sed probari debet iustum ipsum pretium, vt declarat Bar. in d.l. sciendum. nu. 2. Crot. nu. 28. Iaf. nu. 24. & Alc. nu. 15. in fine. Quibus accedunt Fel. in c. sicut. col. vlt. vers. fallit quarto. & Brun. in tract. de forma, & solemnitate. in tit. de probatione, & presumptione formæ, & solemnitate. col. 4. ver. prædicta regula.

20 Extenditur quintò, vt procedat hæc regula, etiam si præsumptio hæc non allegetur. Ita Abbas in c. vlt. col. 9. vers. sed quarto, an sit necesse, de præscrip. Are. in c. testimonium. col. 7. vers. & superius de testib. Fel. in cap. cum ordine. col. pen. de rescriptis. & Brun. in d. tit. de probatione, & presumptione formæ, & solemnitate. col. 4. vers. quarto ampliatur.

Declaratur primò hæc præsumptio, vt locum non habeat, quando extant contrariæ probationes, vel efficiatur aliqua præsumptio, si quidem aduersus præsumptionem hanc admittitur contraria probatio. Ita tradit Iaf. in d.l. sciendum. n. 7. & 10. post gl. & Bar. ibid. & Alc. nu. 20. id. affirmant Abb. in c. sicut. col. vlt. de sentent. & re iud. & Brun. in tract. de forma, & solemnitate. in tit. de probatione, & presumptione formæ, & solemnitate. col. 8. ver. octauò limitatur. Et scribant prædicti facilius probari posse contra solemnitatem, quod scilicet non fuerit adhibita, quam contra ipsum tenorem instrumenti.

22 ti. Nã contra tenorem instrumenti non admittitur probatio, nisi per aliam scripturam. generaliter. C. de non nume. pecun. sed, contra solemnitatem, seu solemnitate præsumptionem sufficit probatio per testes. Ita gl. in l. iurifigentium. §. quod ferè. ff. de pactis. cum alijs congestis à præcatis Doctorib. Crot. tamen. in d.l. sciendum. n. 55. scribit hanc esse præsumptionem iuris, & de iure, & ob id non posse probari contrariù. Quod verum nõ est.

24 Declaratur secundo, vt non procedat, quando verbum aliqui aptum significare solemnitatem intrinsecam repugnet naturæ actus, vt puta si verbu promittito poneretur in contractu innominato, vt est permutatio. Nam tunc non præsumitur solemnitas intrinseca, nempe stipulatio. Ita Alex. in d.l. sciendum. col. 1. & Brun. in d. tit. de probatione, & presumptione formæ, & solemnitate. col. 5. vers. tertio fallit.

25 Declaratur tertio vt non procedat, quando actus ipse probatur testibus. Nam tunc solemnitas intrinseca, non præsumitur eo in actu adhibita. Ita Bar. in d.l. sciendum. vbi Alex. nu. 12. Iaf. nu. 24. vers. 2. limitat. & n. 29. Fel. in d. c. sicut. col. pen. vers. fallit 3. de sent. & re iud. & Brun. quem mox referam. vers. septimo limitatur.

26 Declaratur quarto, vt non procedat, quando lex requirit, quod solemnitas ipsa intrinseca probetur, tunc non sufficit præsumptio, sed requiritur probatio per testes vel scripturam. Ita Rom. in d.l. sciendum. & ibidem. Alex. nu. 12. Crot. nu. 11. & Iaf. nu. 26. Existimo rationem esse, quia etsi lex præ oculis habeat ipsam præsumptionem iuris, quæ aliqui sufficit, attamen ea non contentatur, dum requirit probationem. Brunus qui supra.

Declaratur quintò vt locum non habeat, quando lex requirit actum fieri cum certa solemnitate in scriptis ad finem probandi. Nam tunc non sufficit præsumptio iuris, sed requiritur ipsa scriptura. Ita Rom. in l. sciendum. in fi. & ibid. Iaf. n. 27. Fel. in d. c. sicut. n. 38. col. pen. vers. fallit secundo. & Brun. in d. tit. de probatione, & presumptione formæ, & solemnitate. col. 6. vers. quinto limitatur. & Alc. in d.l. sciendum. num. 25.

Secundum est huius disputationis caput, quod versatur circa solemnitatem extrinsecam. Quo sanè in capite distinguendi, atque constituendi sunt aliquot casus.

Primus est, quando solemnitas fuit expressa in actu, sed nullus extat temporis cursus, etsi is, qui asserit solemnitatem extrinsecam adhibitam in actu fuisse, est in

possessione ipsius actus, sicuti quando quis non multo tempore emit à minore, vel ab ecclesia, & asserit requisitas à lege solemnitates in contractibus minoribus, & Ecclesie fuisse adhibitas. Hoc in casu, non præsumitur adhibita hæc solennitas. Ita scribit Bart. in d.l. sciendum. nu. 4. & ibidem Alex. nu. 26. & Iaf. nu. 3. vers. 4. adde. qui de solennitate adhibenda in alienatione bonorum Ecclesie sic docuit ex sententia Alex. in consil. 174. libr. 4. & Brun. in tract. de forma, & solemnitate. in tit. de probat. & præsumptione formæ, & solemnitate. col. 9. vers. citca aliam regulam.

Et horum traditionem, & doctrinam probat d. l. quæ eunque. §. vlt. de publi. in rem actio. Nec repugnat, quod illo in casu requiratur probatio, ad hunc effectum, vt emptor ipse non dicatur dolo emisse: sed bona fide, sicuti Iurisconsultus innuere videtur. Nam respondetur, quod si solemnitas illa præsumeretur, cessaret etiam doli suspicio. Requiritur ergo probatio illa adhibita solemnitate, quia ea probata, tollitur doli præsumptio, & induci tur bona fides, Probatur, & hæc sententia text. l. si ita stipulatus. §. Chrylogonus. ff. de verb. obli. quo solemnitas dicitur cere personam extrinsecam non præsumi. Cõfert, & tertio ratio, quod cum solemnitas extrinseca sit quid facti, & facta non præsumantur. in bello. §. facte. ff. de captiuis & postlim. reuers. præsumi hæc solemnitas nõ debet.

Extenditur primò hic casus, vt locum etiam habeat quando extrema essent probata. Nam nec tunc præsumitur media extrinseca, vt si probatum est beneficium patronatum vacasse, & clericum ab Episcopo institutum. Non tamen præsumitur medium, hoc est præsentatio à patrono facta, Ita Rom. in d.l. sciendum. q. 9. & ibidem Crot. num. 20. vers. vltimus casus, qui reijciunt Baldi, & Aretini contrariam opinionem, quos secutus est Alc. in d.l. sciendum. in fi.

Extenditur secundo, vt locum habeat etiam in solemnitate, quæ consuetudine communiter interponitur, & adhiberi. Ita Iaf. in d.l. sciendum. nu. 22. de verb. oblig. & Fel. in c. sicut. nu. 36. vers. fallit 6. de sent. & re iud. Brunus in d. tit. de probatione, & presumptione formæ. col. 9. vers. item ampliatur, & col. 12. vers. septimo fallit, & Crot. in d.l. sciendum. num. 20. vers. vltimus casus, qui reijciunt Baldi, & Aretini contrariam opinionem, quos secutus est Alc. in d.l. sciendum. in fi.

Declaratur primò hic casus, vt non habeat locum, quando solemnitas ipsa fuit expressa, seu enunciata in actu, & eo tempore confecti actus verisimiliter adhiberi illa potuit. Nam tunc præsumitur, secus verò quando solemnitas eo tempore interuenire non potuit, qua de re dicemus infra, & tradit Gram. in decis. 79. num. 17. & declarat Iaf. in d.l. sciendum. num. 14. de verb. oblig. qui dixit, requiri renunciationem claram, & specificam. Ita quoque Fel. in c. sicut. num. 27. de sent. & re iud. qui refert multam exempla.

Declaratur secundo, vt non procedat hic casus, quando huic solemnitati non enunciatae partes ipse renunciare potuerunt. Nam tunc etsi solemnitas interuenire non potuerit: attamen præsumitur. Ita Bar. in d.l. sciendum. & ibidem Iaf. nu. 15. vers. secundo limit. & Brunus in tract. de forma, & solemnitate. in tit. de probatione, & presumptione formæ. col. 9. vers. secundo limit. & Cur. iun. in Auth. si quis in aliquo. nu. 52. C. de eden.

Verum hæc declaratio non multum ad rem pertinet, quia ex quo solemnitas non potuit eo tempore interuenire, præsumi non potest adhibita. Concedo quidè præsumi illi renuntiatum ob id, quod eam non adhibuerit, & renunciare ei potuerunt.

Declaratur tertio, vt non procedat, quod is, contra quem allegatur solemnitas hæc extrinseca, si nil opposit nec contradicit negando adhibitam. Nam tunc præsumitur adhibita. sic Io. Andr. in cap. cum dicitur. de consuetud. Rom. & Alex. in d.l. sciendum. & ibid. Iaf. nu. 15. vers. vltima eum. Idem quoque respondit Castren. in consil. 202.

consil. 202. In causa consinium. num. 3. & num. 4. libr. 1. Matthes. notab. 12. R. in consil. 23. nu. 20. lib. 5. Soc. Sen. in consil. 270. col. 3. vers. & inde maximè quia. lib. 2. Fel. in c. sicut. nu. 28. vers. fallit secundo. de sen. & re iud. Brun. vbi supra vers. 3. limitatur. Craue. in tract. de antiq. tempor. in 3. par. princip. in princ. nu. 26. vers. sed valde dubito. & Alc. in d.l. sciendum. nu. 30.

Declaratur quarto, vt locum non habeat hic casus, quando solemnitas hæc extrinseca fuit enunciata à viro summæ fidei, & probitatis. Nam tunc illa adhibita præsumitur. Ita Abbas in ca. nisi essent. in primo notab. de præbend. Iaf. in d.l. sciendum. nu. 19. de verb. oblig. & ibidem prius Crot. num. 18. deinde, & Alc. nu. 30. Brun. in tract. de forma, & solemnitate. in tit. de probatione, & presumptione formæ, & solemnitate. col. 13. vers. vndecimo limitatur. & copiosè comprobatur Tiraq. in tract. de pœnis legum. causa 51. nu. 50. Et ad rem pertinet, quod auctoritate Abbatis in d. c. nisi essent, tradit Craue. in tract. de antiq. tempor. in 1. par. princip. in 7. part. que incipit. Quid in libro officialis. num. 15. Cum dixit, ordinatum ad sacerdotium, præsumi solemniter promotum, quando ordinatus est vir notabilis, & magne probitatis. Et eiusdem sententiæ recenset Craue. Socin. Sen. in consil. 270. col. 3. lib. 2. & idem scripsit Tiraque. præcitate in loco, num. 51. Hanc tamen declarationem intelligunt Fel. in d. cap. sicut. num. 34. de sent. & re iud. & Crot. in d.l. sciendum. num. 18. procedere, quando agitur de modico præiudicio, sicuti verè exempla ipsa, quibus præcitate Doctores vtuntur, significant, & multorum auctoritate Tiraq. in d. causa 51. nu. 13.

Declaratur quinto, vt non procedat, quando aduersa prius, qui conuenitur ex contractu, negauit ipsum contractum, & deinde de mendacio fuit conuictus. Nam tunc in eius odium, & penam, præsumitur solemnitas ipsius contractus. Ita post Bald. Aluar. & Aret. quos recenset, scripserunt Crot. in d.l. sciendum. nu. 20. & ibid. Iaf. num. 20. Brun. in tract. de forma, & solemnitate. in tit. de probat. & presumptione formæ, & solemnitate. col. 12. vers. 5. limitatur.

Declaratur sexto, vt nõ habeat locum hic casus, quando in ipso contractu adhibuit fuit irrauentu, quod omnia fuerunt recedè, & solemniter gesta. Ita Iaf. in d.l. sciendum. n. 22. de verb. oblig. & ibid. Alc. in fi. & Brun. in d. tit. de probat. & presumptione formæ, & solemnitate. col. 13. vers. 9. limitatur.

Declaratur septimo, vt locum non habeat, quando agitur de solemnitate tacita, quæ includitur in expressa. Ita Bal. in l. solemnibus. C. de fid. instr. cum dixit, quod si testis affirmat, se fuisse præsentem publico examini aliquis doctorati, præsumitur etiam priuatum examen præcessisse, cum sub publico includatur priuatum. Et Bald. secutus est Brun. præcitate in loco. col. 14. vers. 17. fallit, qui asserit, & exemplum sacrorum fordinum, quorum minores includuntur sub maioribus.

Declaratur octauò, vt non habeat locum hic casus, quando ex aliqua clausula contractus potest colligi solemnitas totius. Ita Bald. in l. iurifigentium §. quod ferè, in secundo notab. ff. de pactis. cum dixit, quod ob vltimam clausulam adhibitam in instrumento totus contractus præsumitur solemniter. Idem respondit Imo. in consil. 86. qui de dictione, & clausula, & cetera, ita censuit. Et hos secutus est Brun. in d. tract. de forma, & solemnitate, in tit. de probat. & presumptione formæ, & solemnitate. col. 15. vers. 18. fallit.

Declaratur nonè, vt non procedat hic casus in actu confirmato. Nam is solemniter præsumitur. Ita gl. & Bur. in l. quod sicut. de elect. quos secutus est Brun. in loco supra allegato. vers. vlt. limitatur.

Secundus est casus, quando solemnitas hæc extrinseca non fuit enunciata in ipso actu, sed tamen allegas il-

lam interuenisse, est in possessione ipsius actus, & res agitur solum inter eum, qui solemnitatem adhibere debuit, & eum pro quo asseritur interposita, & adest temporis cursus. Exempli gratia, Clericus possidet iam diu beneficium, & est ab Episcopo mouetur controuerbia, quod non fuerit solemniter ordinatus, & promotus, nec in beneficio institutus. Vel si Ecclesie Prælati vult reuocare emphyteusim ab emptore, qui diu eam tanquam empti consensu, & auctoritate ipsius Prælati possidet, & Prælati negat consensum præstitisse. Hoc sanè in casu præsumitur adhibita solemnitas, si eam allegans, iam cursu decem annorum possidet. Ita de Clerico, qui per decennium est in pacifica possessione beneficii, quod præsumatur solemniter ordinatus, & promotus, respondit post Host. Castren. in consil. 202. In causa consinium. nu. 3. lib. 1. quos secuti sunt Alex. in consil. 79. n. 4. li. 1. Soc. Sen. in col. 270. col. 3. vers. sed si recedè. li. 2. Iaf. in l. sciendum. nu. 17. vers. 3. facit. ff. de ver. obl. Fel. in c. sicut. nu. 29. de sent. & re iud. vbi nu. 30. manifestè dixit, sufficere hoc in casu tempus decennij. Dec. in consil. 222. nu. 6. vers. & idem dicimus. & in consil. 409. n. 10. Goz. in consil. 11. n. 12. Brun. in tract. de forma, & solemnitate. in tit. de probatione, & presumptione formæ, & solemnitate. col. 10. vers. 3. facit. & N. in consil. 162. nu. 26. lib. 1. Et rō est, quia non est verisimile, quod Episcopus, qui visitare solet ecclesias, passus esset Clericum possidere beneficium, sine iusto solemnique titulo. Nisi beneficium esset in loco, qui non potuit visitari, vel non fuit diu visitatus negligentia Prælati, vt declarat Fel. in d. c. sicut. nu. 31. vers. 4. aduerte.

Est etiam simile (vt attigi) quando Prælati, alterue dominus directi vult reuocare rem emphyteuticam ab emptore, qui eam diu possidet tanquam emptam consensu ipsius domini, & is dominus negat præstitisse consensum. Hoc sanè casu solemnitas illa consensum adhibiti præsumitur cursu decennij. Ita Ale. in consil. 111. col. pen. li. 4. Iaf. in l. sciendum. n. 17. vers. 6. facit. ff. de verb. oblig. & in l. si certis annis. nu. 8. C. de pactis. Brun. in tract. de forma, & solemnitate. in tit. de probatione, & presumptione formæ, & solemnitate. col. 11. vers. septimo facit. Chassan. in consil. 111. nu. 84. Socin. Iun. in consil. 22. nu. 15. lib. 1. Tiraque. in tract. de legibus connubial. in gl. 5. & in tract. de præscriptionib. §. 1. gl. 4. vers. 3. & vers. 55. & vers. 36. sed Anton. Gabriel. in lib. 1. conclus. in tit. de præsumptionib. concl. 1. num. 12. refert alios affirmantes, requiri cursum longissimi temporis.

Huc etiã facit, quod dicimus, solemnitatem vnionis duarum ecclesiarum, præsumi cursu decennali, existente in possessione, seu quasi ipsius vnionis eo, qui vnionem allegat, negante Prælato ipsam vnionem solemniter factam. Ita Card. in Clem. 1. q. 9. de electio. Rom. in consil. 275. col. 1. Alex. in consil. 219. col. 4. lib. 6. Iaf. in d.l. sciendum. num. 17. vers. quinto facit. Fel. in c. sicut. n. 26. vers. simile etiam notat. de sentent. & re iud. Brun. in tract. de forma, & solemnitate. in tit. de probatione, & presumptione formæ, & solemnitate. col. 11. vers. quinto facit, & Craue. in tract. de antiq. temp. in 4. par. princ. n. 1. & in subsequen. partic. n. 25. & idem in consil. 258. n. 13. in fi. & dicemus infra lib. 6. præsumpt. 81.

Confert simile, de quo respodit Dec. in consil. 174. n. 5. reservationem census, factam à patrono ecclesie, vel capellæ, præsumi factam solemniter, adhibito consensu Episcopi, concurrente cursu longi temporis, cum ipsa quasi possessione.

Est etiam simile quod dicimus, præsumi adhibitum consensum Episcopi in constructione hospitalis, Ecclesie, vel capellæ, in qua celebrata fuerunt diuina per decennium, sicuti scripserunt Card. & Imo. in c. officij. de testam. Rom. in l. sciendum. numer. 40. qui manifestè dixit, requiri quasi possessionem, nempe diuinarum celebratione, cum ipsa temporis diuturnitate. Ale. in consil. 219.



fil. 219. nu. 13. lib. 6. Barb. in cons. 1. col. 5. & in cons. 33. col. 1. lib. 4. Soc. Sen. in consil. 270. col. 3. in si. vers. confirmatur quia. lib. 2. & in cons. 1. n. 2. li. 3. Roch. Cur. in tra. de iure patronatus. in verbo. Ex eo quod de Diocæsani. q. 7. Fel. in cillud. col. 3. de præsumpt. & in c. sicut. nu. 29. vers. simile est. de sent. & re iud. Ias. in l. sciendum. n. 17. de verb. oblig. & in l. si certis annis. nu. 10. C. de pactis. Rui. in cons. 108. nu. 2. lib. 5. Brunus in tra. de forma. & solemnitate. in tit. de probatione, & præsumptione formæ. & solemnitate. col. 1. p. vers. secundo facit. Afflict. in decisio. 368. nu. 4. & Ant. Gab. in lib. 1. conclusionum. in tit. de præsumpt. concl. 1. num. 9. qui alios nonnullos commemorat. His accedunt Pet. PecKius in comment. de testam. coniugum. lib. 3. c. 5. nu. 3. & Mascard. in conclus. 416. numer. 4. & aliqua dicemus infra lib. 6. præsumpt. 79.

52 Et præterea simile, quod dicimus, immunitatē præsumi solemniter concessam à Principe, quando is, qui se immunem gerit, est in quasi possessione decenniali ipsius immunitatis. Ita Rom. in cons. 252. ver. circa tertium. Barb. in cons. 26. col. 4. lib. 2. Fel. in c. sicut. nu. 29. vers. hanc fallentiam. de sen. & re iud. Ias. in d. l. sciendum, n. 77. et. 4. facit. de verbo. oblig. Brun. in loco supra allegato. col. 1. 1. ver. quarto facit Chaffan. in cons. 11. num. 86. & Gabr. in d. conclus. 1. num. 34.

53 Sic & de immunitate & exemptione concessa ab Episcopo, quod præsumatur cursu decennij adhibita solemnitas confirmationis summi Pontificis, responderunt Dec. in cons. 152. col. ult. & Rip. in lib. 2. responforū, c. 7. nu. 13. quos secutus est Crau. in tra. de antiq. temp. in 1. particula tertiæ partis prin. nu. 27. & PecKius in d. c. 5. n. 3. Est etiam simile, quod dicimus, instrumentum authenticum ex originali sumptum, & ita diu obseruatum, præsumi citata parte extrahum: Ita Aret. in cons. 37. col. pen. Alex. in cons. 101. col. 3. lib. 7. & alios refert Tiraq. in d. gl. 4. vers. 37. qui refert contradicentes.

54 Tertius est casus, quando solemnitas hæc extrinseca non fuit enunciata in ipso contractu, & est contentio de re modica, & leui præiudicio inter ipsosmet contrahentes, quorum alter negat contractus solemnitate obseruatam: Et adest solus cursus temporis sine aliqua possessione, vel quasi. Hoc casu præsumitur hæc solemnitas cursu decennij. Ita Bart. in sua q. 7. Mulier habens amplum. in fine. Alex. in l. qui in aliena. in prin. nu. 15. ff. de acq. hæ. & in cons. 12. num. 7. & in cons. 13. nu. 9. lib. 3. Ias. in l. 1. nu. 15. vers. quarto limita. C. qui admittit. & in cons. 176. col. pen. vers. secundo principaliter. li. 2. & in cons. 149. col. ult. vers. item prædicta. lib. 4. Idem sentit Fel. in cap. sicut. nu. 30. de sen. & re iud. & manifestè Rui. in cons. 23. num. 18. & 19. lib. 5. Dec. in ca. 1. n. 27. de fide instr. & in cons. 442. num. 23. Chaff. in cons. 11. num. 87. & Craue. in tra. de antiq. temp. in tertia parte principali in prin. num. 2. quo loci. nu. 3. vers. immo non videtur, scripsit cursum hunc decennij, non etiam omnino requiri, quando agitur de modico ipso præiudicio, ex sententia Curtij Senioris in cons. 77. super motuis, col. 4. qui absolute respondit, solemnitate extrinsecam præsumi, quando agitur de modico præiudicio, & huius opinionis commemorat Innocentium, & Abbatem. Illa porò recepta sententia, quod sufficiat cursus decennij, probatur tex. l. si filius. C. de peti. h. h. h. h. quem Crau. in loco præallegato diligenter explicauit.

55 Quartus est casus, quando solemnitas hæc extrinseca non fuit enunciata, & adest solus cursus temporis sine possessione, vel quasi, & agitur de magno præiudicio inter ipsosmet contrahentes, vel eorum successores, quorum alter negat, adhibita fuisse hanc solemnitate. Hoc factum in casu variæ sunt Doctorum opiniones, qui temporis cursus sufficiat ad præsumendam hanc solemnitate.

55 Prima fuit opinio eorum, qui existimant, sufficere & de-

centium. Ita multos commemorat Antonius Gabr. in lib. 1. conclusionum. in tit. de præsumptionibus. concl. 1. num. 68. vbi recenset l. Anaxia in ca. illud. col. 3. de præsumpt. & ibidem Butr. in col. penult. Imol. col. pen. & Felynum pariter col. p. ult. & eundem Felynum ca. sicut. nu. 30. de sent. & re iud. Alex. in cons. 113. in prin. lib. 1. Jo. de Anan. in c. l. cet. Heli. col. penult. de simon. Ruinum in cons. 10. col. 1. & in cons. 154. num. 14. in fine lib. 5. Brunum in tra. de forma, & solemnitate, in tit. de probatione, & præsumptione formæ, & solemnitate. col. 10. vers. in ista varietate. Chaffanum in cons. 11. num. 87. Mantuan. in cons. 72. col. 2. & Socinum iun. in cons. 22. num. 17. lib. 1. Verum multi ex his à Gabriele commemorati, hanc opinionem non affirmant. Nam Butr. in d. cap. illud. col. penult. dixit, hoc tempus relinqui iudicis arbitrio. Felin. verò tam in d. cap. illud. quam in c. sicut. affirmavit, requiri cursum triginta annorum. Alex. verò in d. cons. 113. lib. 1. & in cons. 113. num. 11. lib. 4. nihil ad rem nostram respondit, sed de casu præcedentis præsumptionis, quo etiam de casu respondit Ruin. in d. cons. 10. col. 1. lib. 1. Ita etiam Brun. præcitato in loco, non declarat, quod sit illud tempus, sed in col. 1. vers. & secundum Alex. sentit, esse debere cursum triginta annorum. Chaffaneus verò in d. cons. 11. num. 88. dixit, requiri cursum annorum, sentit tamen, quod in his, quæ modici sunt præiudicij, sufficeret cursus decennij. Non etiam Mantua in d. cons. 72. col. 2. scripsit, hoc in casu cursu decennij præsumi hanc solemnitate. Soc. verò in d. cons. 22. num. 17. refert plures opiniones, & in ea potius inclinat, quod sit iudicij arbitrium. Non omitto tamen Berò, in cons. 89. nu. 24. lib. 1. qui post Felinum in c. Alberic. in fine. de testibus respondit, sufficere hunc decennij cursum. Idem visus est sentire Ruin. in cons. 154. col. ult. lib. 5.

56 Secunda fuit opinio Anchar. in cons. 222. subtiliter, col. 1. in fine, qui respondit, hanc solemnitate præsumi, si cursum viginti annorum. Verum Crau. in d. tra. de antiq. temp. in 3. par. princip. in prin. nu. 15. intellexit Ancharanum loqui, quando plura concurrerant. Nam solemnitas fuerat ibi enunciata ab illis, qui deinde eam negabant, Et obligatio fuerat contracta cum ipomet curatore minoris, qui ob id sine solemnitate poterat obligari.

57 Tertia fuit opinio eorum, qui dixerunt requiri cursum longissimi temporis, nempe triginta annorum. Ita huius opinionis multos recenset Craue. in loco supra allegato, num. 6. Refert enim Signorolū in subscriptione ad Consilium Zilioli Cauteli, relatum inter consilia Anchar. in cons. ult. Alexand. in leg. qui in alien. in prin. num. 9. ff. de acq. hæ. in cons. 219. numer. 23. vers. non obstat etiam, dum obijcebat. li. 6. & in cons. 179. num. 9. lib. 7. Corneum in cons. 144. col. 1. & in cons. 284. nu. 3. lib. 4. qui asseruit hanc esse communem opinionem Ias. in d. l. qui in aliena. col. 3. de acquir. hæ. red. Decium in l. 1. in l. lectur. nu. 82. C. qui admittit. in cons. 36. col. 6. vers. secundo responderet. in cons. 42. col. pen. in cons. 329. col. 1. in cons. 341. nu. 13. & in cons. 409. col. 1. & Ripam in lib. 2. responforum, c. 22. nu. 11. & accedit Ruin. in cons. 86. num. 5. lib. 1.

58 Cæterum aduertendum est, multos ex prædictis non affirmare hanc opinionem. Nam Signorolus respondit eo in casu, in quo solemnitas fuerat enunciata, & multe solutiones longissimo tempore tubsecuta. Alex. verò in d. l. qui in aliena. numer. 9. & 10. non affirmat, quæ ex his opinionibus verior sit. In eo verò cons. 219. num. 23. non explicat, quod ipsi hoc esse debeat. Imo ibi nu. 21. suo illo in casu, dixit esse arbitrium. Ias. verò in d. l. qui in aliena. col. 3. col. pen. & ult. sentit potius sufficere decennium, sic & Dec. in d. l. in tertia lect. num. 82. C. qui admittit. non explicat, quæ dicatur illa temporis antiquitas, sicut nec explicauit in d. cons. 36. in cons. 42. & in d. cons. 319.

58 fil. 319. Ripa verò in d. c. 11. n. 2. sentit requiri cursum temporis immemorialis, de quo statim dicemus. Quibus constat, hanc opinionem solum affirmari à Corneo in d. cons. 144. & in d. cons. 284. & à Decio in d. cons. 341. nu. 13. & in d. cons. 409. nu. 10. qui refert Anch. in cons. 135. idem respondentem. His ego addo Crottum in d. l. sciendum, nu. 25. Ruin. cons. 35. num. 6. & nu. 23. & in cons. 86. num. 5. lib. 1. Felin. in cillud. col. pen. de præsumpt. & in c. sicut. nu. 30. de sent. & re iud. & eruditissimum Butratom in cons. 160. num. 5. lib. 2. Idem quoque scripsit Petrus PeKius in commentarijs de testamentis coniugij. lib. 3. cap. 5. num. 4. qui dixit, tanti temporis cursu præsumi, maritum adhibuisse consensum vxori, quæ secundum statuti dispositionem testari aliter non poterat.

59 Quarta fuit opinio existimantium, requiri hoc in casu cursum temporis, cuius initij memoria non existat. Ita sibi parum constans Alex. in cons. 218. nu. 5. & nu. 10. lib. 6. & in cons. 94. nu. 6. lib. 7. & Ias. in cons. 148. nu. 8. lib. 4. Soc. iun. in cons. 56. nu. 11. & 13. lib. 1. & in cons. 56. nu. 13. lib. 2. quos secutus est Olas. in decis. 173. nu. 8. vbi cum Ias. in d. cons. 148. dixit, requiri cursum centum annorum. Idem visus sentire Rip. in d. lib. 2. responforū. c. 22. nu. 11. & c. 28. nu. 12. & Cur. iun. in cons. 20. n. 6.

60 Quinta fuit opinio eorum, qui dixerunt, hoc tempus relinqui iudicis arbitrio. Ita Innoc. in c. 2. col. 2. de restit. in integrum. Hostien. Jo. Andr. & But. in cillud. de præsumpt. Comens. in l. qui in aliena. ff. de acq. hæ. Ale. sibi parum constans, in cons. 79. num. 5. lib. 1. & in cons. 9. num. 9. lib. 3. & Soc. iun. in cons. 22. num. 17. lib. 1. idem sentit tamen Crau. in loco supra citato, iudicij arbitri debere, quod sufficiat cursus 30. annorum. Crediderim arbitrari posse, pro personarum, & facti qualitate, sufficere aliquando cursum minoris, aliquando maioris. Cum enim à lege diffinitum non sit tempus, hoc totum iudicis arbitrio relinqui debet.

61 Quintus, & vltimus est casus, quando solemnitas hæc extrinseca, non fuit enunciata in ipso actu, sed tamen allegans illam, est in possessione vel quasi, & agitur de præiudicio tertij, qui scint actum cõfectum. Hoc etiam in casu sunt opiniones.

62 Prima fuit eorum, qui existimant, sufficere cursum decennij ad præsumendum hanc solemnitate. Ita Alex. in d. l. qui in aliena. in prin. nu. 10. ff. de acq. hæ. red. & in cons. 17. col. 2. vers. confirmantur prædicta lib. 4. & in cons. 219. nu. 24. lib. 6. Ias. in l. 1. nu. 15. vers. 3. limita. C. qui admittit. Gozad. in cons. 73. nu. 20. & Crau. in d. tra. de antiq. temp. in tertia parte principali. in prin. num. 9. Et ea ratione prima motus est Crauetta, quod si decennio bona immobilia præscribuntur, data scientia, & patientia domini, licet agatur de magno præiudicio, & si agatur non de solemnitate, sed de ipsa actus substantia, quanto magis hoc temporis cursu præsumi debet solemnitas hæc extrinseca, quæ est qualitas quædam. Verum consideratio hæc non est satis solida, cū in præscriptione præsupponamus titulum, qui non apparet vitiosus, defectu bonæ fidei, hoc est solenitatis. Hic verò contrariū apparet. Eo enim ipso quod ostenditur titulus, constat esse minus solemnem, & consequenter adesse præsumptam malam fidem, iuxta. c. qui contra. de reg. iur. in 6. & diximus supra in præsum. 130. vbi de bona, & mala fide præsumenda differui. Præterea si Craue. affirmavit præcedenti in casu inter ipsosmet contrahentes, qui titulum causerant, requiri cursum triginta annorum, quanto magis asserere idem debuit, hoc in casu, cum lex difficilior tollat ius tertij, quam ipsosmet contrahentis.

63 Secundo eo argumento vsus est Crauetta, quod eadem est ratio, tam contra tertium, quam contra ipsosmet aduersarium, cum quo fuit contractum. Nam aut agitur de ipsius tertij interesse, & tunc ex quo passus est illum possidere, sibi præiudicauit. Aut de eius interesse

non agitur, & tunc frustra conqueritur. Hæc quoque Crauet. argumentatio admittenda non est, siquidem præsupponit Craue. pro constanti, sufficere cursum decennij, ad præsumendam solemnitate inter ipsosmet contrahentes cum tamen ab ea opinione dissentiant multi, quos ipsemet Crauet. (vt sup. retulimus) secutus est, qui quidem affirmant, requiri cursum 30. annorum.

64 Secunda fuit opinio eorum, qui opinati sunt, requiri hoc in casu tempus 30. annor. Ita Imol. in c. peruenit, n. 10. de emp. & vend. Alex. sibi parum constans in l. sciendum, nu. 19. in si. ff. de verb. oblig. idem in cons. 1. nu. 20. & in cons. 17. nu. 8. lib. 1. & in cons. 179. nu. 6. li. 6. Corn. in cons. 181. col. 6. vers. sed solū dubitatur. li. 2. Soc. sen. in cons. 254. col. 2. vers. sed contra. & in cons. 270. col. 5. vers. confirmatur quod, lib. 2. & in cons. 46. nu. 37. lib. 4. Cur. sen. in cons. 77. super motuis, col. 2. Felin. in c. sicut, nu. 30. vers. secundo aduert, de sent. & re iud. Ruin. in cons. 23. num. 20. lib. 5. Dec. in cons. 638. nu. 5. Afflict. in decis. 345. nu. 5. & 6. Rip. in l. 1. nu. 105. ff. sol. matrim. Balb. in tra. de præscrip. in prima partic. tertiæ partis princ. q. 10. num. 10. Zuchar. in l. 1. nu. 24. C. qui admittit. & Moder. Parisin. commentar. ad consuetud. Paris. tit. 1. §. 5. nu. 22. & Tiraq. de præscrip. gloss. 4. vers. sunt, & qui hoc limitant.

65 Cæterum hæc opinio etsi à tot auctoribus recepta est, attamen mea quidem sententia, iure non probatur. Nā tex. c. peruenit, de emp. & vendit, quo solo fulcitur hæc assertio, non in eo solo cursu triginta annor. fundamentum constituit, sed in duplicato vxoris consensu, quæ etiam passa est pretium ex ea re sua vendita, receptum à marito, conuerti in communes vsus. Et propterea non potest mulier illa considerari, vt tertius non contrahens, sed vt vnus ex ipsismet contrahentibus.

66 Tertia fuit opinio Berol. in cons. 5. num. 18. lib. 1. qui absolute dixit, hoc casu nulla temporis diuturnitate præsumi hanc solemnitate. Quæ sanè opinio iure non probatur.

67 Quarta itaque opinio affirmari potest, quod hoc tempus sit in iudicis arbitrio positum, cum iure nostro non sit diffinitum, sicuti, & in casu præcedenti d. ximus.

68 Declarantur primò prædicti omnes casus, in quibus diximus, solemnitate extrinsecam præsumi cursu temporis siue decennij, concurrente possessione, siue cursu trecennij sine possessione, vel alio tempore, declaratur, inquam, vt non procedant, quando pars, cum qua contractus fuit celebratus, negat solemnitate ipsam interuenisse, vtputa si Canonici negant interuenisse consensum Capituli, in alienatione rei ecclesiasticæ. Ita Alex. in cons. 9. nu. 6. vers. non obstat, si diceretur, lib. 2. quem secutus est Afflict. in decis. 245. nu. 3. in si. & in decis. 345. nu. 5. qui eiusdem sententiæ recenset Abb. in c. ea nascitur, de his quæ fiunt à prælat. sine consen. capit.

69 Cæterum ab Alex. & Afflict. dissentit Crauet. in tra. de antiq. temp. in 3. par. principal. in prin. num. 26. vers. sed valde dubito. Ea ratione primò mouetur Crauet. quia si pars non opponit defectum solemnitatis, illa præsumitur in actu recenti, & sic cessante temporis antiquitate, quemadmodum diximus supra in 3. declaratione primi casus. Cum itaq. dicunt Doctores, solemnitate extrinsecam præsumi ob temporis antiquitate, præsupponunt, quod defectus solemnitatis fuerit allegatus, & oppositus. Præterea accedit, quod lapsus tã longissimo tempore, non potest iste, qui contraxit, opponere solemnitate non interuenisse. Nā (vt inquit Crau.) si solemnitas hæc præsumitur contra tertij, qui lapsus tricennio contradicere non potest, nisi prober negatiuâ, quanto minus hunc defectum opponere potest is, cum quo actus fuit celebratus, cum difficilior contravenire quis possit facto proprio, quam alieno, l. si post mortem. §. vlt. ff. de adopt.

70 Existimo, Alexandrum rectè sensisse, & Crauetã non Tomus Primus. L1 4 esse